

concurrunt, ut i. Par. xi, 13. simile namque verbum suppleri hīc debere, rei docet evidētia; quomodo v. g. Psal. xxv, 15. cxxiii, 2. oculi mei jugiter ad Dominum, scilicet respiciunt: Psal. IV, 3. usquequo gloria mea in ignominiam, scilicet vertetur? Hac ipsā autem clausula non modō David omnem à se declinat disfidorum culpam, quorum ipse autor aut amator hautquaquam, verū insimul Judicem appellat Deum, ut suam tandem agere velit causam, miserique hujus exulis in se suscipere patrocinium. Hanc namq; conclusionem tacitè includi, docebit partium psalmi accuratior collatio.

## USUS PRACTICUS E VERSU I.

[1] *Invocandus est Deus solus, non Sancti.* Jef. LXIII, 16. L. de Precibus.

(2) *Afflictiones piorum sunt innumeræ ac graves,* A&t; XIV, 22. 2. Tim. III, 12. L. de Cruce.

(3) *Exauditio, hec in puncto non semper sentiatur, exauditos tamen nos fuisse, elapsō qualicunque spatiō, evidenter sentimus:* Psalm. XCII, 15. L, 15. LXV, 2. LXXXV, 5.

## USUS E VERSU II.

[1] *Lingua mendax, calumniatoria, seductoria, adulatoria, malum omnino pestilentissimum.* v. præc. VIII.

(2) *De fraudibus ibid. & præc. V.*

[3] *Artis humanae non est, ab hocce malō immunem vel servari, vel indemnem liberari v.* Psalm. LXIV, 2. seqq. CIX, 2. seqq.

## USUS E VERSU III.

(1) *Interrogatio instituitur à Dei Spiritu, ut ipsimet, de responso meditantes, rem ipsam penitus introspiciamus.*

(2) *Lingua dososa dat augetque, sed non nisi mala, nil boni.*

## PSALMI CXXI. DISPOSITIO.

*Non dormitat Custos. Custos perpetuus.*

**E**st hīc I. Auxiliatoris veri percontatio: ubi (1) indagatio: tam quoad (a) oculorum gestum: attollo oculos meos ad montes: quām quoad (b) labiorum quæsum: unde venit auxilium meum? v. 1. (2) responso: auxilium meum est à Jehovah, Conditore cœli & terræ: v. 2.

## PSALMUS CXXI.

## EXPLICATIO VERSUS I.

**למעלה Pro gratibus:**) in cœteris inscriptiōnibus deest præfixum *Lamed*; cur solum hīc adhibetur, *Cajetanus* ait se reservare Spiritui Sancto. vide Psal. CXX, 1. Muis totam orationem ait militarem esse, adeoque in castris scriptam.

**לענ Levabo:**) vel levare soleo, aut etiamnum levo. *Faturum pro actu continuo aut consuetudo.* Levare autem oculos ad aliquam rem vel personam, est avidè ac diligenter circumspicere, auxilii illinc impetrandi causā; ut Psal. XXV, 15. oculi mei, jugiter ad Dominum, quia ipse, &c. Psal. LXIX, 4. consumti sunt oculi mei, expecto Dominum. Psal. CXXIII, 1. ad te **לענ Levavi oculos meos**, qui habitas in cœlis vers. 2. sicut oculi servorum ad manum dominorum suorum &c. Psal. CXLI, 8. ad te Domi-

A (3) *Quilibet propriam exploret animam: quid dabit tibi haec vestimenta, epularum voluptatumque vanias?* [Luc. XVI, 19.] quid insanus nummorum amor? quid libidines? digladiationes? &c.

## USUS E VERSU IV.

(1) *De calumniarum mendaciorumque cupidibus, lesionibus, &c.* Ps. LV, 22. præc. VIII. Legi hic inter cœteros etiam poterit Drexelii Phaëton.

(2) *Urrunt comburuntque linguae fraudulentæ multipliciter;* Jac. III, 5.

## USUS E VERSU V.

(1) *Væ non semper est imprecatorium, sed non raro etiam commiserantis, ejulantis, Deoque miseriā suam exponentis. Cavenda alias imprecatio:* Matth. V, 44.

(2) *Peregrinatio nostra in his terris fastidiorum plenissima:* Ps. XXXIX, 14. Ebr. XIII, 14.

(3) *Diversi sunt nationem diversarum mores, virtus virutesque: seramus mala, imitemur bona.* Vide, ne barbaris annumerandus venias Moschis, Arabibus, &c.

## USUS E VERSU VI.

B (1) *De tardi vitæ, quomodo superanda isthe tentatio, vide inter cœteros Dn. D. Olear. Gedult. Schul.* p. 1030. seqq.

(2) *Osores pacis sunt filii Satanae:* conf. Psalm. LXVIII, 31.

(3) *Pax, & publica & privata promovenda pro viribus ubivis.*

## USUS E VERSU VII.

(1) *Quisque studeat esse vir pacis* Ps. XXXIV, 16.

(2) *Loquela nostra declinet ab omni maledicentia turbisque circumspecte.*

(3) *Litigiosa amantes bella non reguntur Christi spiritu benigno:* Luc. IX, 55. conf. 1. Reg. XVIII, 18. Eph. VI, 15.

II. Ejusdem commendatio: (1) *pedem tuum non permittu nutare:* (2) *custos est tuus vigilansissimus: v. 3. 4. 5.* (3) *est umbraculum prope dextram tuam: v. 5.* & interdiu & noctu v. 6. (4) *est custos animæ tuae contra malum quolibet: v. 7.* tam in egressu quām in ingressu, nunc & in seculum; v. 8.

## PSALMUS CXXI.

ne, oculi mei: Psal. CXLV, 16. oculi omnium in te sperant: Jef. XVII, 7. oculi hominis ad Sanctum Israëlis respicient: 2. Par. XX, 12. (ubi Josaph.) hoc solum habemus: esidui, ut oculos nostros dirigamus ad te. Sic Ez. XXIII, 27. non attolles oculos tuos ad Egyptios, nec ejus recordaberis amplius: c. XVIII, 6. 12. 15. XXXIII, 25. oculos suos non levabit ad idola. Lutherus olim: ich hub / nunc in presenti, ich heb / quā ratione etiam Moguntina.

**ההרים ad montes:**) h. e. in periculis constitutus, pro ratione humanæ fragilitatis, circumspicio ad arces civitatesque munitas, in montibus Judææ passim constitutas, illincque exopto atque expecto suppetias, h. e. & milites, & arma, & annonam, &c. Constat enim, Judæam plurimis refertam fuisse montibus ac collibus, qui ipsi quaque